



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm LXXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

in c. 1. an agna. vel filius. vel dicendo pro filiis heredibus, quibus casibus feudum censetur esse quid hereditarium, ad quod filii, & descendentes non possunt admitti, nisi sint heredes, veluti supra dictum fuit, maxime per ea, quae habentur in c. 1. an agna. vel fil. vbi Bal. & alii, & per Alex. in d. c. 6. §. 18. 23. & 26. in 3. vol. & habetur in c. 1. de eo, qui sibi, & heredibus. ibiq; Bald. & alii cum sim. allegatis supra in septimo argumento cōtrario. Et hic non est casus noster: quare illa doctrina licet vel non aduersatur, vel potius pro ipso Sigismundo facit. ¶ Non aduersatur etiam sextum argumentū qd feudum sit apertū domino, propterea quia delictū recipit feudum, & commissum est in legem feudi taliter, qd delictū potest dici respicere directē dominū, quoniam fuit offensus uasallus domini, hoc est filius uasalli, qui etiam erat de uocatis ad feudum per ea, qd late dicta sunt in hoc sexto argumento, quia pluribus modis responderi potest, primo qd praedicta non procederent, quando feudum deberetur filiis, ut filiis, & iure proprio, nam tunc pater mediante delicto suo non posset praedicare filiis in eo, quod eis deberetur iure suo, ut est de mēte Bar. in d. l. cū, qd de interdictis. & aliorum, quos supra in primo fundamento facta p. Sigismundo allegauit: secundo respondeo, quod praedicta procedunt, quando uasallus interfecisset cōuassallum suum, seu alium uasallum domini, qui esset de presenti uasallus, & feudum possideret, & sic haberet ius in re de presenti in ipso feudo, & ita proprie loquitur tex. in d. c. 1. an ille, qui interfecit fratrem, & ibi Bal. Praepositi, & alii, ac etiam alibi uariis in locis, exemplificando in uasallo, qui interfecit fratrem suum, ut habere totum feudum, & sic etiam partem fratris, uel qn interfecit alium extraneum uasallum domini sui, sed in casu nostro ille filius, qui fuit interfecit a patre suo Angelo, non habebat ius in re, sed ad rem, qd quod est longe debilius, iuxta quae habentur in c. 1. de concessi. praebend. in 6. & in c. quod autem. ibiq; Abbas de iure patronatus. c. 1. de concessi. praebend. & Bar. in l. conditionis. c. de pactis. ¶ Septimo argumento fuit responsum supra, & praeteritum per ea, quae dicta sunt in primo fundamento facto pro Sigismundo. Nec obstant illa, quae in instrumento uenditionis feudi continentur, quando Sigismundus emit feudū pro se, & heredibus, & ad habendum, tenendum, & c. quia respōdetur aliud esse, qd ab initio quis emerit feudum a domino immediate pro se, & heredibus suis, & cū clausula ad habendum, & tenendum, & cum aliis clausulis naturam feudi alterantibus, & tunc tale feudum dicitur merē hereditarium, & transire potest ad foeminas, quia non dicitur retinere propriam naturam feudi, ut in c. 1. de feudo non habent. propriam naturam. & in c. 1. in fin. si de feudo fuerit contentio inter domini & agna. & ubiq; per gl. & Doct. & ita intelligantur ea, quae habentur per Decium in conf. 390. & per Bal. in c. significauit. in prin. de rescrip. Rom. in conf. 367. in ultima col. Odo. fre. in summa de feudis, in titulo qd possunt succedere in feud. Bal. in l. qui se patris. in penul. col. C. unde liberi. & in l. liberti, liberteq; C. de operis libert. in ult. col. & in l. si quam. C. de operis libert. & iste non est casus noster. Aliud est, qd feudum aliquis antiquum sit ex prouidentia, ut quia sit concessum pro se, & filiis, & descendentes masculis, & uendatur alicui per uasallum cum consensu domini, qui consensit non ut infensans, sed ut simpliciter alienationi consentiens, iuxta tex. in titulo de prohib. feud. aliena. per Fed. & in c. 1. §. si titius. si de feu. fuerit contentio inter dominū, & agna. cū si. & tūc illud feudū sic antiquum retinet naturā primāuā, & regulatur secundū antiquam consuetudinē ipsius feudi, ut uoluit Alex. in conf. 5. in 3. col. in 3. uol. per not. per Bar. & Bal. in

auth. qui rem. C. de sacros. eccl. & in l. etiā. per Bald. ff. soluto matrimonio. & plenius dictum fuit supra circa finem primi fundamenti, & illa uerba pro se, & heredibus, & clausula ad habendum, & tenendum appositā in instrumento uenditionis prolata inter emptorem, & uenditorem non dicuntur alterare primā naturam feudi, quia huiusmodi uerba non fuerunt expressa inter emptorē, & dominum per praedicta. ¶ Nō obstat octauo loco doctrina Bal. in d. l. qui se patris. in 6. col. ut supra, inducta, quia debet intelligi, quando auus receperit feudum pro se, & liberis heredibus, secus si pro se, & liberis simpliciter, uel pro filiis, & descendentes masculis, prout in casu nostro feudum sic cesset debitum per sepius repetita, alioquin Bal. esset sibi met contrarius, cum ipse uariis in locis contrarium senserit, ut in d. c. 1. si uasall. feud. priuatur. & in aliis locis supra per me alleg. Doctores communiter idem uoluerunt, ut per Imolam, & Alex. in d. §. si de uetigalibus. in 14. col. & per Imolam in d. c. fin. in 1. col. extra de feudis, cum aliis similibus. ¶ Vltimo loco etiam non aduersatur id, quod dicebatur de clausula illa, ad habendum, & tenendum, quia ex praedictis sublatum apparet. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Feudum propter delictum uasalli an sit publicandum, & fisco acquirendum, & nu. 10. 11. 12. 13. 14. & 15.
- 2 Ius patronatus cum uniuersitate bonorum transire potest.
- 3 Feudum hereditarium debet publicari propter delictum uasalli, ob quod illius bona publicantur, & nu. 15.
- Et quomodo ad fiscum transeat, nu. 11.
- 4 Feudum concessum simpliciter pro se, & filiis, & descendentes masculis an censeatur concessum ipsis, ut heredibus, & nu. 14.
- 5 Feudum propter crimen parricidii a uasallo commissum ad quos transeat.
- 6 Iniuria uxori illata dicitur marito illata.
- 7 Feudum propter offensam a uasallo delinquente domino illatam, cui aperitur.
- 8 Feudum non confiscatur propter quodcunque crimen etiam grauissimum.
- 9 Et an propter homicidium fratris domini feudum domino aperiat.
- 10 Feudum concessum pro se, filiis, & descendentes, & sic ex prouidentia debitum ad fiscum etiam quoad fructus non transit.
- 11 Bona expressē ab homine prohibita alienari ultra iuris prohibitionem non possunt cum publicatione bonorum etiam quoad solum fructuum perceptionem, uita delinquentis durante, ad fiscum transire.
- 12 Feudum antiquum, et autum concessum generi, seu agnationi, aut descendentes masculinae ex delicto uasalli etiam graui ad fiscum cum publicatione bonorum non transit, sed descendentes uasalli reseruantur.
- 13 Assassinatorum crimen est nefandum, & atrocissimum, & grauissime puniendum.
- 14 Fratris uxorem interficere non dicitur esse crimen parricidii.
- 15 Uasallus interficiens fratrem domini, uel fratrem suum an feudo priuetur.
- 16 Assassinatorum crimen non committitur sine mercede, uel illius promissione.
- 17 Feudum ex prouidentia concessum pro se, & filiis, & descendentes masculis etiam ex crimine assassinatorum commissum non publicatur, nec fisco applicatur.

E P I T O M E.

FEUDVM antiquum ex prouidentia concessum pro se, & filiis, & descendentes masculis propter crimē ab uno ex dictis descendentes etiam proditorie, & per uiam assassinatorum commissum in occidendo uxorem fratris sui ad fiscum cum publicatione bonorum etiam quoad solum commodum fructuū, uita illius delinquentis durante, nō trāsire, hic probatur.



VIDAM nobiles de anno 1448. pro se, & filijs suis legitimis, & naturalibus, & descendentes masculis ab ecclesia de feudo antiquo, nobili, & honorifico cuiusdam castri cum certis bonis stabilibus, & prout in instrumento publico continetur, inuestiti fuerunt, & cum expolito inter dictam ecclesiam ex una, & quosdam descendentes dictorum nobilium ex alia, ob quandam assertam felloniam super dicto feudo diu litigatum fuisset, tandem inter ipsas partes ad quandam transactionem deuentum fuit, in qua inter cetera remissa fuit qualibet asserta fellonia aduersus ecclesiam dominam commissam, uel quatenus opus esset, ipsa ecclesia dictos descendentes, & uasallos pro se, & eorum filijs, & descendentes legitimis, et naturalibus per rectam lineam tantum masculinam, & non per lineam eorum transuersalem de dominio, & iurisdictione dicti castri, & cum alijs bonis, & iuribus, & prout in alijs antiquis inuestituris contineri dicitur, ac secundum naturam antiquorum feudorum, & inuestiturarum alijs diuersis temporibus factarum, & de nouo inuestiuit. Deinde mensibus proximè elapsis, uxor Titi unus ex descendentes, qui in dicto feudo pro parte successit interfecta fuit, & de hoc homicidio inquisiti, & banniti fuerunt cum bonorum suorum publicatione, & confiscatione quidam alij ex descendentes predictis, qui sunt fratres dicti Titi, & nomine camera, et fisci apprehensa fuit tenura, & possessio bonorum feudali pro parte ad dictos inquisitos, & bannitos spectantium, & pertinentium: stantibus premisis, dubitatur, utrum ob dictum assertum delictum feudum predictum sit publicandum, et fisco acquirendum saltem quoad perceptionem fructuum, & reddituum durante uita delinquentium, & bannitorum predictorum.

CONSILIVM LXXXVIII.

Iso themate, & dubio supra proposito, ut prima fronte dicendum, quod dictum feudum transire debeat cum confiscatione predicta vniuersali bonorum, quia si de per se propter delictum uasalli feudum non sit publicandum, ne fisco acquirendum, ut latè per Alex. in cons. 23. in 1. uolu. & per eundem in l. si finita. §. si de vestigalibus. & per alios ibi. ff. de dam. infect. tamen cum uniuersitate bonorum confiscatorum ad fiscum transire debet, argumento eius, quod dicitur de iure patronatus, quod saltem cum uniuersitate bonorum transire potest. c. ex literis. extra de iure patro. & ibi Abbas & alij. l. in modicis. ff. de contrahen. emptione. & arg. l. quedam. cum ibi no. ff. de acq. re. domi. ¶ Secundo facit id, quod uoluit Rom. quem refert, & sequitur Alex. in d. §. si de vestigalibus. in 13. col. qui uolunt, quod ubicunque feudum est transitorium ad filios, & descendentes, ut hæredes, si propter delictum uasalli bona sint publicanda, feudum etiam publicari debet. Sed si feudum, de quo agitur, fuit concessum simpliciter pro se, & filiis, & descendentes masculis, ut in instrumentum inuestituræ, ergo censeri debet concessum, & acquiritur ipsis filiis, & descendentes, ut hæredibus, ad effectum, ut ratione criminis fisco una cum alijs bonis sit applicandum, ut est de mēte Bal. in c. 1. si uasallus feudum priuatur. ubi ipse relatis pluribus opinionibus in hanc sententiam inclinare uult per Alex. in d. l. si finita. §. si de vestigalibus. in 14. col. in uersu. item addit, post

5 Imo. ibi. ¶ Rursus cum uasallus commiserit men, occidendo, vel occidi faciendo, uel priuatur, quia una, & eadem caro cum fratre committitur in c. sunt qui. 27. q. 2. tale crimine vi par delictum arg. l. 1. §. 1. ff. de parricid. ppter quod priuandus est feudo taliter, quod et transire de descendentes uasalli, qui iure inuestituræ ceteri essent, ut in c. 1. §. denique. quia fuit priuatus beneficii amittit. in c. 1. & ibi gl. si uasallus feudum & in c. 1. an ille, qui interfecit fratrem. D. Petrus de Ceruettis, lac. de Beluio, Nicolae poli, & fere omnes alij in d. §. denique. & i. d. l. uasallus feudum priuatur. ¶ Præterea & quarto ex illius uxorem fratris conuassalli interfecit, & interfecit mandauit, iniuriam fratri suo iniuriam apud. ff. de iniur. §. patitur. in l. i. cod. de effect. quibus. mo. feu. amittit. Sed quando uasallus feudum domini offendit, propter quod est feudum priuandus, tunc feudum non filijs uasalli, sed domino aperitur, ut in c. 1. §. hibi. feu. alien. per Feder. ergo in casu occurrente delinquens, & eius filij, ac alij in inuestituræ a feudo exclusi dicuntur. ¶ Præterea non obstantibus, contrariū de iure ueritatis bitror, quod ob predictum delictum feudum publicandum, nec aliquo modo acquirendum ficali, seu ciuitatis, in cuius territorio crimine fuit, quia propter quodcunque crimine est propter quod bona essent publicanda, feudum priuatur, etiam si uasallus fratrem domini sui in uoluit Bar. in d. l. si finita. §. si de vestigalibus. Doctores communiter ibi, & alibi sequuntur Alex. ad d. & moderni ibi. ¶ Quintum ut refert Alex. in 1. 1. & 12. col. ex mente Imole, quod ob huiusmodi homicidium fratris ipsi domino feudum non aperitur. c. 1. & c. 1. interfecit fratrem domini sui. c. 1. §. denique. prima causa beneficii amittit & ibi dominus si interfecisset ipsum fratrem domini, ut priuaretur dominum, & illi iniuriam iniuriam in Flaminia ad tradita per Imolam, & Alex. in d. §. si de vestigalibus. Subdit Imola, & ceteri ibi in 12. & 13. col. quod si essemus in casu, in quo iure communi, uel ex forma statutorum bona publicanda ratione criminis, tamen cum priuatur bonorum nullo modo transiret antiquum concessum pro se, & filiis, & descendentes Bal. in l. 1. in 5. q. ff. de rerū diuisione. secundum concessum pro se, & heredibus, & sic feudum delictum priuatur, quia tunc transiret cum bonorum priuatione, ut notabiliter declarat Alex. in d. §. galibus. in 13. col. & bene inferunt ea, quæ dixit l. si patroni. ff. ad trebellianū. sed feudum dicitur, fuit antiquum, & concessum pro se, & descendentes masculis, & sic debetur delictum ex prouidentia domini, ergo non debet transire priuatione, et si crimen proditorie commiserit, ut per Bal. in c. 1. si uasallus feudum priuatur in d. c. 1. §. denique. in 1. col. quia fuit priuatus beneficii amittendi, qui hoc procedere inquit quod delictum esset commissum in priuatione, quāuis in hoc ultimo contrariū sentit Paul. in l. 1. C. de bonis, quæ liber. & l. 1. C. de lib. rū liberis. quia priuatur eius, quod dixit Paul. nuerunt Petrus, Cynus, & Salic. in d. l. 1. C. de corū liberis. Paulus tamen de Cal. in locum feudum non publicari, nec reuerti ad dominum delictum fuisset commissum in alij, quā in alio in alij, & in dominum simul, & hoc intelligitur

do feudum esset concessum pro se, filiis, & descendē-
tibus per Imolam, quem refert, & sequitur Alexā.
in d. si de uetigalibus. in 14. col. v. r. adde et, ac et
si feudum esset nouum, ut uoluit Pau. de Cast. 1. d. l. 1.
C. de bonis libertorum. in ult. col. & in l. ad optinū. §.
patronum. ff. de in ius uocand. & est de mente Sali. in
d. l. 2. & sciunt no. per Bar. in l. eum qui. ff. de interdi-
ctis. & relegate. Et hanc opinionē, q̄ propter delictū
etiam enorme nullo modo feudum sit publicadum,
nisi feudum esset merē hereditarium, quā fuit de mē-
te Bart. in d. si uetigalibus. sequuntur Doctores cō-
muniter, ut attestatur Alex. in d. §. in 14. col. & fuit opi-
nio Oldradi in consi. 17. Bal. in l. 1. C. de bonis liberto-
rum, & in c. 1. in prin. de prohibita feud. aliena. p. Fede-
ricum. immo secundum Alex. in d. §. in 14. col. et quādo
feudum esset concessum pro hereditibus, uel alio mo-
do esset quāsi hereditarium, opinio illa, quā uult, q̄ ea
delicto uasalli feudum possit publicari, est multū du-
bia, ut ibi per Alex. Sed in casu nostro feudum nō est
hereditarium, sed ex prouidentia domini, quia con-
cessum pro filiis, & descendētibz, ergo &c. ¶ Præ-
terea t̄ positio, sed non concessio, q̄ feudum diceretur
publicari ex delicto uasalli, propterea quia esset merē
hereditarium, ut supra, & per Alex. in d. l. si patroni, ta-
mē duraret solum, & permanere deberet penes fisci,
quādiu dictus uasallus delinquens naturaliter uiue-
ret, post illius aut mortē fiscus feudum relaxare tene-
retur. argumento l. uetigalis. ff. de pignori. l. peto.
§. præditi. ff. de leg. 2. c. 1. in fi. de cap. corrad. Alex. post
Imolam in d. §. col. 14. uers. item addit &c. Quando
uero non esset hereditarium, sed ex prouidentia do-
mini, hoc est concessum pro se, & filiis, & descendē-
tibus, tunc feudum etiam quoad fructus non trāsiret
ad fiscum, ut ibi per Alex. per quod inferitur, q̄ id, qd̄
habetur l. latus. §. cornelio. ff. de iure fisci. & l. 1. Im-
perator. ff. de fideicommiss. liber. l. ex facto. §. ex facto
tractatum. ff. ad trebellianū. Ange. in l. Papinianus. §.
meminisse. cum similib. non uendicari sibi locum in
casu occurrenti, sed solum fortē, quando feudum ef-
fret hereditarium. Sed in casu isto feudum non est he-
reditarium, sed ex prouidentia, quia concessum pro
se, filiis, & descendētibz, igitur &c. ¶ Præterea, t̄ ut
inquit Alex. in consi. 24. in penul. col. in 1. uol. disposi-
tio d. §. cornelio. non procedit, quando ultra prohibi-
tionem de non alienando à iure introductam adesset
etiam prohibitio de non alienando. expresse facta ab
homine, ut à testatore, uel à contrahentibus, quia ad
hoc, ut talis prohibitio expresse facta, aliquid ultra p̄-
hibicionem tacitā operetur, dicendum est, q̄ faciat, ut
bona prohibita alienari non possint trāsire ad fiscum
etiam quoad solam perceptionem fructuum durāte
uita delinquentis, ita ipse dicit per tex. in §. sanctissi-
mas. in auct. de sanctissimis episcop. per no. per Bar.
& alios in l. filius familias. §. diui. ff. de leg. 1. & est opti-
mus tex. in c. uerum. cum gl. magna. in fi. extra de cō-
di. appoi. ut per Alex. in d. consil. qui etiam subdit, q̄
tex. in d. §. cornelio. cum simi. in materia feudali, seu
emphyteutica nō procederet, quando feudum esset
concessum pro se, & filiis, & sic esset feudum ex proui-
dentia, ut ibi per eum in ultima colu. Sed in casu no-
stro feudum, ultra quod sit prohibitum alienari ex iu-
ris dispositione, ut in c. 1. §. 1. de prohibita feudi alie-
na. per Federi. fuit etiam prohibitum alienari in con-
tractu inuestiturae, item fuit concessum pro se, & filiis
& descendētibz, ergo non pōt ex delicto uasalli trā-
sire ad fiscum, etiam quoad solum commodum fru-
ctuum, durante uita delinquentis. Et t̄ est etiam ex mē-
te Alex. in consi. 2. in §. uolum. in §. colum. quod quā-
do feudum antiquum, ut autum, fuit concessum ge-
neri, seu agnationi, aut descendētia masculina, quā

le est illud, de quo disputatur, si uasallus, qui illud ob-
tinet, aliquid etiam graue crimē committat, ob hoc
non debet feudum trāsire cum publicatione bono-
rum; sed reseruandum est descendētibz uasalli, ut
fuit de mente Barto. in d. l. eum, qui. ff. de interdictis,
& relegate. per Petrum, & Cynum, ac Salice. in l. 2. C.
de liber. & eorum liberis. Dyn. in c. non debet. de reg.
iur. in 6. Bald. in d. c. 1. §. denique. quā fuit prima cau-
sa beneficii amittit. & in d. c. 1. si uasallus feudo priue-
tur. & quamuis crimen commissum in casu occurren-
ti dici posset graue, & enorme, & proditorē commis-
sum, iuxta quā habentur per Bartolum in l. non so-
lum. §. si mandato. ff. de iniur. quo casu secundum le-
gem feudi, & ciuilitate etiam procedendo uasallus ef-
fret feudo priuandus, ut dicunt Docto. in d. c. 1. §. deni-
que. per illum textum, & in d. c. 1. si uasallus feudo pri-
uatur. & per Bartolum in d. l. eum, qui, & Pau. de Cast.
in d. l. ad optinū. §. patronum. ff. de in ius uocand. &
per Imolam, & alios in c. fin. extra de feudis, & conse-
quenter fisco esset applicandum, ut uidetur uoluissē
Iaco. de Sancto Georgio in tractatu de feudis, in ma-
teria priuati feudi, uers. uidentum nunc generali-
ter. tamen prædicta nō procedunt, quando feudum
esset ex prouidentia concessum pro se, & filiis, & de-
scendētibz, ut uoluit Imo. & Alex. in d. §. si de ueti-
galibus, in 14. colum. & in d. c. 1. de feud. & Pau. de Ca-
str. in d. l. ad optinū. & idem est de mente Barto. si
cuius uerba bene considerentur in d. l. eum, qui, & Do-
cto. hoc communiter sequitur, ut retuli supra, & per
Alexan. in d. consi. 2. in §. uolum. cum similibz supra
allegatis. ¶ Et ex prædictis tollitur primum fundamē-
tum, quod pro parte contraria adducebatur, quoniā
t̄ propter naturam feudi, quod ex domini prouiden-
tia filiationi, & descendētia masculina concessum
fuit, non dicitur esse transitorium cum uniuersitate
aliorum bonorum ad fiscum, ut expresse uolunt Imo-
lam, & Alexan. in d. l. si finita. §. si de uetigalibus. in
14. colum. & Alexā in d. consil. 2. in §. uolum. in §. co-
lum. & in d. consi. 24. ¶ Non obstat secundum moti-
uum, quia t̄ illud procedit in feudo hereditario, ut
quia esset concessum pro se, & hereditibus, uel pro fi-
liis, & hereditibus, quo casu censetur hereditariū per
Alexan. in l. si patroni. ff. ad trebellian. & per Imolam,
& Alexand. in d. §. si de uetigalibus, in 14. colum. se-
cus si esset feudum concessum pro se, et simpliciter p̄
filiis, et descendētibz masculis, et sic ex prouiden-
tia, quia tunc illud publicandum non esset ex aliquo
delicto uasalli, etiam quod delictum esset enorme,
et grauisimum, immo etiam commissum in perso-
nam domini, ut supra dictum fuit, et est ex mēte Ale-
xan. et Imo. in d. l. si finita. §. si de uetigalibus, in prin.
14. col. et in d. consi. 2. in §. uolum. cum aliis plenius
p̄ hac opinione deductis. ¶ Non obstat tertiū moti-
uum, q̄ ex quo uasallus interfecit, seu interfeci fecit
uxorem fratris sui uidetur commissum delictum par-
ricidii, quia uxor censetur vnā, et eadem caro cū ma-
rito, item uidetur proditorē commissum, et interue-
niente crimine assassinatus, t̄ quod est nefandum, et
atrocissimum, et sic grauisime puniendum, ut in c.
1. de homici. in 6. Bart. in l. non solum. §. si mandato.
ff. de iniur. Quia responderi potest primo, t̄ q̄ interfi-
cere uxorem fratris non dicitur esse crimen parrici-
dii, quia uxor fratris non est uerē frater, saltem ad effe-
ctum, ut committatur parricidii crimen, q̄ solum cō-
mittitur aduersus illas personas, de quibus legitur in
l. 1. ff. de parrici. et insti. de publi. iudi. §. alia. deinde cū
gl. inter quas non enumeratur persona uxoris fratris,
sed solum uxor propria, ergo illa dispositio extendi
non pōt ad personas in lege non cōprehensas. c. in pe-
nis. c. odia. de regu. iur. in 6. Hinc uidemus, q̄ t̄ uasal-
lus

